Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Dnica prima In aduentu dm.

Ad te leuauī aiam meam deus meus in te confido nō erubescam neq; irideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant nō confundent. Ps. Vias tuas dne demonstra michi et semitas tuas edace me. Gloria i excelsis non cantur usq; i natiuitate dm. nisi festa sctorum impediant de quib; plenū officiū.

Excita qs dne potenciam tuam et ueni. ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te meeramur preuenire et per te liberante saluari. Qui cū do.

Lres. Ad Romanos.

Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nra salus. quam cum credidimus. Nox precessit. dies autē appinquabit. Abiciamus ergo opera tenebrarum. et induamur arma lucis. sic ut in die honeste ambulemus. Non in comessacionibus et ebrietatibus. nō in cubilibus et impudicicijs. non in contencione et emulacione. sed i domino dnm ihesum xpm.

Vniuersi qui te expectant nō confundentur dne. V. Vias tuas dne notas fac michi et semitas tuas edace me. Alla. V. Ostende nobis dne miam tuam et salutare tuū da nobis. Sequ. Ihsu xpe.

In illo t. Cum appinquasset ihesus iherusalem et uenisset bethfage ad montē oliueti. tunc misit duos discipulos dicēs eis. Ite in castellum qd contra nos est. et statim inuenietis asinam alligatam et pullū cum ea. Soluite et adducite michi. Et si quis uobis aliquid dixerit. dicite quia dominus his opus hat. et continuo dimittet eos. hoc autē totum factum est. ut adimpleretur qd dictum est per ypheta dicentem. Dicite filie syon. Ecce rex tuus ueniet tibi mansuetus sedens super asinam et pullū filium subiugalis. Euntes autē discipuli fecerūt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerunt asinam et pullum. et imposuerunt super eos ueste suas. et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autē turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij autē cedebant ramos de arboribus. et sternebant in uia. Turbe autē q precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid. benedictus qui uenit in nomine dni. Offertorium. Ad te dne leuauī aiam meam. deus meus in te confido nō erubescam neq; irideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant nō confundentur. Secreta. Ecclesia nos dne potenti uirtute